

domina terū: vt vos soletis dicere: eloquentię vis q̄ est  
preclara: quæ primū efficit: vt ea quę ignoramus disce-  
re: & ea quę scimus alios docere possim⁹: deinde hac co-  
hortan. ut: hac p̄suadēm⁹: hac consolamur afflictos: hac  
deducimus a timore p̄territos: hac gestiētes comprimi-  
mos: hac cūpiditates iracūdiasq̄ restrigimus: hæc nos  
iuris legum virbiū societate deuinxit: hæc a vita immani-  
& fera nos segregauit. Hæc igit̄ omnes p̄cipere debent  
nam quid multa p̄dest & pulcherrima didicisse: Si cū  
eloquētia dignitateq̄ eloq: splēdido grauiq̄ sermone ig-  
noramus? Et quoniā vt inquit Idē in Paradoxis Nihil  
est tam incredibile: quod nō dicēdo fiat p̄babile: nihil  
tam horridū: nihil tam inculū: quod non splendescat  
oratione: licet p̄ Dialecticam quod volum⁹ suadere dif-  
suadereq̄ possimus: nihilomin⁹ m̄ claritate sermonisq̄  
nitore illustrādum est: vt potentius quadā vi & luce ora-  
tionis in animos influat.

Idem:

Alphora.

Linus.

Musæus.

Iob.

Chayn.

Sed quoniā: vt Alphorabi⁹ ostēdit: post Rhetoricā  
Poetica sequitur: de ipsa breui dicendū censeo. Poesim  
græci ab Orpheo: & Lino tradūt fuisse inuentam Pho-  
ronæ Regis Argiorum tempore. vt ali⁹ Musæus seu  
Moses: qui vt fertur Hebræas litteras repperit. vt ali⁹ an-  
tea Iob. vt ali⁹ Abraam: quē prodiderūr Caldæas: & Sy-  
rias litteras inuenissel: quarū alteras quidā Anubin id-  
est Mercuriū: alteras Rhadamantum inuenisse tradide-  
runt. vt ali⁹ credunt in Babylonia primū tēpore Nem-  
broth fuit inuenta! vt ali⁹ a Noe quum ex arca egressus  
deo sacrificiū obtulit. vt ali⁹ p̄moa Chayn & Abel quū  
deo sacrificarunt. Hæc audientes oblectat: hæc homi-  
nes ad quicqd vult incitat atq̄ impellit nam quid de  
illc Dircaeodic. it Horatius his verbis: Dirceusq̄ ma-  
res aios in Martia bella Versib⁹ exacuit: hui⁹ ad doctri-  
nā ē necessaria p̄gnitio; hui⁹ erat nomē venerab̄le: restatē

Poetica.

Orpheus.

Phoronæ.

Moses.

Abraam.

Anubis.

Rhadamā.

Nembroth.

Noe.

Abel.

Dix Puthar